



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 26. Institutum Gentilii Spoletini abrogatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV.  
A. C. 1354.

§. XXVI.

*Institutum Gentilii Spoletini abrogatur.*

Fratres Minores hoc anno Assisi peragebant suum conventum generale quinquagesimum secundum. Proponebatur ibi urgenda abrogatio parvæ societatis seu congregationis formatæ per Fratrem Gentilium Spoletinum, & a Papa Clemente VI approbatæ. Quatuor dun-  
Vad. n. 9.  
taxat domos hæc habebat, ducebatque *Id. 1355.*  
vitam singularem, si spectes studium pau-  
n. I. 2. 3.  
pertatis, formamque vestis, & Fratrum disjunctionem a Franciscanis cæteris, quibuscum nil commune sibi esse volebant. Erant igitur, qui suaderent in comitiis, ut Ordo coram Papa frequente in senatu sacro illos accusaret tanquam socios sectæ Narbonensis. At Guilielmus Farinarius Minister Generalis offensionem foris & discordiam intus devitandam dicens obtinuit, ut leniore modo tractaretur id negotium, totumque suæ curæ relinqueretur.

Rei gerendæ occasionem Gentilius ipse præbuit. Cum enim Minister Generalis cuidam parvæ congregationis fratri aliquid imperasset; Gentilius hunc illius oculis subduxit, inquiens. Nihil

13 est,

Sæcul. XIV. est, quod ille præcipere tibi queat, præfertim in iis, quæ pertinent ad mansio-  
A.C. 1355 nem in nostris domibus. Nempe de hac ipsa agebatur. Præsentes indignati, ut Guilielmus ad vindicandum authorita-  
tis suæ contemptum moveretur, complu-  
ra ei detegebant ad instituti novi ruinam  
facientia. Præsidum disciplinæ, ajebant,  
subtrahere se qui volunt, hanc ad con-  
gregationem transeunt. Hæc dicitur a-  
more libertatis: hæc recipit promiscue  
bonos malosque, doctrinam sanam & no-  
xiām.

Guilielmus clam inquirens comperit,  
a Gentilianis revera suscep[t]os esse aliquot  
hæreticos, aut suspectos in fide homi-  
nes. Illi causabantur quidem, se hoc fe-  
cisse ob spem persuadendi eis veritatem:  
ac reap[er]te pepulerant obstinatos. Atta-  
men habebantur fontes, quod cum eis  
junxerint consuetudinem, & Inquisitori  
neutiquam denunciatos dimiserint. Hoc  
erat fundamentum præcipuum querela-  
rum, quas Guilielmus ad Papam Inno-  
centium VI detulit, exponens ipsi pericu-  
lum schismatis in Ordine majoris illo,  
quod sub Clemente V fuerit. Itaque  
18 Aug. 1355 impetravit litteras, per quas  
Innocentius revocat Clementis VI di-  
ploma parvæ congregatiōnis cœnobiis  
quatror propitium; eaque subjicit Mini-  
stro Generali, ac Præsidibus ordinariis.

Postea

Postea Guilielmus effecit, ut jussu Legati <sup>Sæcul.XIV.</sup>  
Albornii Gentilius custodiæ mandaretur <sup>A.C.1354.</sup>  
in monasterio Urbevetano cum duobus  
Fratribus, quos ducebat Romam. Sic  
dissipata fuit parva congregatio.

§. XXVII.

*Imperator Carolus IV coronatur in  
Italia.*

Interim Imperator Carolus IV in Italiam  
venit coronandus. Pridie Idus Octo-<sup>M. VIII. I. 4.  
c. 27.</sup>  
bres anni 1354 attigit Utinum agri Fo-<sup>Ughel. t. 1.  
p. 109.</sup>  
rojuliensis urbem, Patriarchæ Aquilejani  
sedem, quem itineris comitem sibi adjun-  
xit. Is erat Nicolaus Luxemburgius  
Caroli frater naturalis, ejusdemque ro-  
gatu per Clementem VI 22 Oct. an. 1350  
post obitum B. Bertrandi Genesiofanensis  
de Naumburgico Saxoniae episcopatu  
Aquilejam translatus; ubi sedet usque ad  
annum 1358.

Imperator ingressus Lombardiam per <sup>Rayn. 1354.  
n. 6.</sup>  
Theodoricum Mindensem Episcopum id  
Papæ significavit; petiitque copiam cu-  
randi, ut Romæ ad S. Petrum corona-  
retur. Papa per epistolam 21 Nov. da-  
tam spoondit se missurum Cardinales,  
qui hanc obirent functionem: & interim  
Legato Ægidio Albornio præcepit, ut